

Præterea, ubi gloss. verb. adfectio Insulæ de rer. divis. quos latè expendunt Bald. in rubr. de rer. divis. n. 34. Rip. in l. quo minus n. 77. C. de flumin. Bartol. in Tyber. in fin. proem. p. 1. vers. pro modo fol. 118. Et in 3. p. vers. alicujus fol. 141. Rimini. Jun. conf. 373. n. 1. Curt. Jun. conf. 204. n. 10. & 11. Manzol. conf. 118. n. 8. Butant. conf. 230. n. 6. Bardell. conf. 245. n. 12. Cepoll. de servit. rustic. præd. c. 33. n. 13. Beninc. de alluv. p. 1. n. 11. Menoch. de arbit. cas. 245. n. 6. Pereg. d. lib. 8. n. 72. Cyriac. contr. 376. n. 1. Urscol. verb. alluvio concl. 94. n. 3. Doring. in Repertor. d. verb. n. 29. Rot. in rer. dec. 29. n. 4. p. 4. & dec. 202. n. 7. p. 15. & dec. 111. n. 3. p. 16.

2. Diciturque acquisitio facta fuit ipso jure, nec indigebat aliqua apprehensione, quia ut optime notat Cripphand. in E-conom. legal. lib. 1. c. 19. n. 4. In hoc Insula distinguitur ab alluvione, ut illa sit incrementum separatum, ista verò unum, ita ut omne id, quod prædio coalescit non constituat novum prædium, sed sit pars illius accessoria, quæ ex possessione principalis, & illius Jure possidetur, iuxta firmata per Benincal. ubi supra n. 4. Rimini. Jun. conf. 273. n. 9. & 10. & d. conf. 373. n. 2. & 4. Silvan. conf. 3. num. 13. Curt. Jun. d. conf. 204. n. 16. Anguisc. conf. 90. n. 4. Cott. conf. 15. n. 17. lib. 4. Bertazzol. conf. 72. n. Bardell. d. conf. 184. n. 15. Pereg. de Jur. sic. lib. 8. n. 74. Gob. de aqu. q. 26. n. 1. & 2. Bonden. coll. 26. n. 25. tom. 1. Poff. de manus. observ. 73. n. 86. post eum dec. 353. n. 4. Castad. dec. univ. n. 29. de acquir. rer. domini. & coram Cocin. dec. 1816. n. 5.

3. Flumina enim censitoris vice funguntur totumque id, quod tradunt irrevocabiliter donant, & adimunt ex notatis per Bald. in Rubr. de rer. divis. n. 23. Rimini. Jun. conf. 237. num. 7. Sacc. conf. 12. num. 6. Tholof. d. c. 8. in princ. Buchner. de Jur. acquit. §. 87. Ursell. d. concl. 94. num. 8. Arias de Mel. var. resolut. 42. n. 45. lib. 2. Gob. de aqu. q. 25. n. 5. Franc. Marc. dec. 117. n. 23. par. 2.

4. Hujusmodi theoricas tanquam in se veras ultrò, citroque admittent Informantes pro Canonico, & solum idem regerebant objectum, quod nempe juxta examen eorum Testium deprehenditur controversum Terræm cessante insolita aquarum excrecentia in formam Insulæ supereminuisse.

Verum hæc qualitas, vel non concluditur, vel probata non relevaret, & quidem qualitas, Insularis non concluditur. Quia quoad quantitatem aquæ illam interfecantis, præscindendo etiam ab opinione Andr. de Ifern. in cap. 1. §. fin. vers. item vide num. 20. de contro. investit. negantis unam partem fluminis Insulam fluvialem ambientis, latiore esse posse alia, quia flumen non dicitur ambire Insulam, nisi de dimidia illius parte intelligatur, quem sequitur Hier. de Mont. de fin. regend. c. 24. n. 5. Nec modica aqua fluminis flumen facit, sed potius attendi debet naturalis, & consuetus alveus, ut ex l. 1. §. Ripa ff. de flumin. firmat Franc. Marc. dec. Delphin. 270. n. 3. p. 2. Et in hac sententiam visse videtur Rot. in citata dec. 111. n. 9. p. 16. ubi pro necessario constitutivo Insulæ requiri putavit, ut esset in medio fluminis, idque importare videtur, idest in medio amnis, prout observant Du Fresne in glossar. ad med. & infim. Latin. Scriptor. verb. mediannis, Ebrard. in Grecism. c. 10. & ex nostris Ottingr. de Jure lit. lib. 1. c. 12. n. 45. Gripphand. de Insul. c. 1. n. 10. Aym. de alluv. l. 1. c. 14. n. 2. & ibi Fritsch. v. mediannis.

5. Hoc unum sufficere Domini censuerunt in præsentem the-mate, quod respectu durationis, & permanentiæ ex ipsis Testibus Canonici de anno 1692. examinatis desumitur, Canale intersecans Oras Hortanas exsiccatum remansisse per tres annos ante eorum examen, quapropter cum excrecentia eveniret de anno 1688. Sequitur evidenter, quod aquæ inundatio ex dicto Rivo promanans duraverit vix spatio unius anni cum dimidio, non apta proinde Insulam facere, quippe quæ constituitur tantummodò ex magnitudine aquæ perpetua, non verò insolita, temporali, & causativa, ut conciliando opinionem Ifern. advertit in specie Gripphand. dicto tract. de Insul. cap. 2. n. 27. & 52.

Et ratio prædictorum ea est, quia cum alveus, qui naturalis non est dicitur inundatio à Bortol. in trad. de alveo verb. naturali, quæ propriè fit ubi flumen imbribus auctum, & egressum in vicinos Campos se effundit, ita ut simul alveum suum teneat ex animadversis per Franc. Stypman. de Jur. marit. & navit. par. 2. cap. 5. num. 314. repetit, inter collecta per Frtich. in Jus fluviat. par. 1. trad. 1. licet abstulerit fundi possessionem, eadem tamen aqua recedente statim restituitur, etiam abique nova apprehensione Oinotom. in §. Quod si naturalis vum §. de acquir. rer. domini. Cepoll. de servit. rustic. prædior. tit. de alveo num. 4. Stypman. ubi supra n. 313. De Angel. in astræal. patrocin. n. 56. & seqq.

Nec etiam dicta qualitas quidquam relevaret quatenus probaretur, si verò quia supposita triplici divisione Insulæ comprobata in Decisione R. P. D. mei Molines; Prima nempe cum age, qui alveus non erat flumine circumfusus; Secunda cum flumen alveum, quem reliquit circumquaque desluit, & Tertia ubi alluendo, & confluento loco eminentem supra alveum facit, de qua Jurisconsultus in l. ergo 30. §. Tribus modis ff. de acquir. rerum domini in hypotheti, de qua agit adaptari non possunt duo novissimi modi, quia omnes Testes Canonici præter secundum cui tanquam illius Colono nulla fides venit præstant, probat solum, quod excrecentia flumine parva Insula eminerit, nihil deponendo an ante inundationem illic esset alveus fluminis, vel potius Terræ ex alluvione Oris Hortanis adjunctæ, quorum proinde depositiones si suppleantur, prout suppleri debent à Testibus Seminarii hujusmodi præcedentem circumstantiam comprobantibus, non solum eliditur quælibet contrarietas, sed etiam aperte consequitur hanc Insulam constatam fuisse ex agris alluvionis beneficio adjunctis prædiis Hortanis, & sic intra primum modum præmissæ divisionis, juxta quem dominium jam Hortanis quæsitum nullo pacto exiit alteratum, sed continuavit penes ipsos, quorum antea fuerat, ut præter adductos in Decisione, quæ confirmata §. Sed quatenus firmant Oinot. in §. Insula n. 7. Insul. de rer. divis. Car. Tusc. lit. 1. concl. 261. num. 5. Buchner. de re, & Jur. acquit. §. 116. Sebast. Gambol. de alluv. §. 47. circa med. Alex. Brugiot. in epitom. Jur. vici. & flumin. cap. 2. num. 221.

Sive demùm quia quatenus ad exuberantiam dicta qualitas Insularis admitteretur in alveo fluminis juxta ultimum modum, ac dividenda esset ed censuram Text. in l. adeo §. Insula ff. de acquir. rer. domini. adhuc tamen adjudicanda foret Seminario, & litis confortibus, attento, quod ex Testibus canonici deponunt. E la detta Isola era posta in mezzo il fiume, mà più tosto verso il Territorio d'Orte, divisio namque, quæ fit inter prædia ab utraque parte fluminis, procedit in Insula nata in medio, non verò ubi ista nascatur propior alteri parti, hoc enim casu illi solum acquiruntur, ut distinguunt Oinot. dicto §. Insula n. 6. de acquir. rer. domini. Greg. Tholof. Syntagm. Ju. p. 3. lib. 20. cap. 8. sub n. 3. Autun. de reg. donat. p. 3. cap. 7. n. 8. etiam si deinde visset versus Oras Otricolanas, & capisset esse vicinior illius fundis, Tusch. d. lit. 1. conclus. 162. n. 5. Sebast. Gam. de alluv. §. 23. Propinquitatis enim disceptatio ad initium nati incrementi referenda est, ut illi censeatur proximius, cui in initio proximius natum est l. ergo. §. Tribus modis, ibi - Insula sit ejus, cujus ager propior fuerat cum primum exiit ff. de acquir. rer. domini. & in l. Insula in princ. ibi - Insula, quæ in initio propior fundo tuo fuit, quam ejus, qui trans flumen habet tota tua facta est eodem tit. & tradit Aym. dicto tract. lib. 3. cap. 2. n. 6.

Abique eo, quod attendi mereretur declaratio dictorum Testium, quod intelligerent de minori parte, non de toto Insula, tanquam emissâ lite pendente, & abique partium citatione ex vulgatis.

Et ita in reliquis approbando Decisionem R. P. D. mei Molines responderunt utraque &c.

F I N I S.

SUMMORUM PONTIFICUM
CONSTITUTIONES

NEC NON
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONES

RECENTISSIMÆ,
ADTRACTATUS
CARDINALIS DE LUCA

OFFICIIS VENALIBUS VACABILIBUS
ROMANÆ CURIÆ,
ET DE LOCIS MONTIUM.

ARGUMENTA CONSTITUTIONUM, ET DECISIONUM

SUPER MATERIA

DE OFFICIIS VENALIBUS VACABILIBUS ROM. CUR.

ET DE LOCIS MONTIUM.

CONSTITUTIO Innocentii XII.

Quod de cætero Officia, & Loca montium Vacabilia Romanæ Curia, cujuscumque qualitatibus sint, per assumptionem ad Cardinalatum illa obtinentium minime vacent.

CONFIRMATIO Innocentii XI.

Provisionum, Ordinationum, & Taxarum, pro reâ montium Romanæ Curia, ac negotiorum Scripturarumque ab eis dependentium directione, & gubernio editarum.

DECISIO Romana Locorum montium.

Creditor attergatarius seu hypothecarius crediti super locis montium præfertur in concursu anteriori.

INDEX CONSTITUTIONUM, ET DECISIONUM

SUPER MATERIA

DE OFFICIIS VENALIBUS VACABILIBUS ROMANÆ CURIAE,

ET DE LOCIS MONTIUM.

Innocentii XI. Confirmatio 6. Junii 1689. fol. 5.

XII. Constitutio 1. Februarii 1693. fol. 3.

Romana locorum montium 20. Junii 1696. Emerix Dec. 1. fol. 15.

SUMMO-

SUMMORUM PONTIFICUM CONSTITUTIONES

AD TRACTATUS

CARDINALIS DE LUCA

De Officiis Venalibus Vacabilibus

ROMANÆ CURIAE

ET DE LOCIS MONTIUM.

Ad Ornatum Cap. XIII. de Officiis Venal. Vac.

Sanctissimi Domini Nostri.

INNOCENTII

Divina Providentia Papæ XII.

Constitutio quod de cætero Officia, & loca Montium Vacabilia Romanæ Curia, cujuscumque qualitatibus sint, per assumptionem ad Cardinalatum illa obtinentium minime vacent.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX quo humilitatem nostram in sublimi Sedis Apostolica specula, nullo meritum nostrorum suffragio, collocauit Altissimus, nihil profecto (quantum Divina bonitas dedit) prætermittere conati fuimus, quo Romanæ hujus Curia, quam præ cæteris ordinatissimam esse decet, decoram undique faciem, ad pulcherrimam integritatis laude præfulgentem, sine ruga, & sine macula omnium oculis exhiberemus; præcipue verò quamcumque ab ea cupiditatis, quæ radix omnium malorum est, suspensionem pro viribus tolleremus, ut ita ii, qui ex adverso sunt, vereantur nihil habentes malum dicere de nobis. Hoc sanè consilio per nostram nuper editam Constitutionem, carnis, & sanguinis laqueos abrampe-re fatigantes, salutarem præscripsimus modum circa donationes, & distributionem reddituum Ecclesiasticorum in Consanguineos, vel Affines Romani Pontificis pro tempore existentis, inviolabiliter servandum. Eodem subinde animo, tamen probe sciremus falsò non minus, quam injustè ejusdem Curia detractores conqueri de Causarum Curia: Camera Nostræ Apostolicæ Auditoratus, ac dictæ Camera: Thesaurariatus Generalium, necnon Clericatum, & Præfidentatus respectivè Officiorum venalitate, ac si nimirum pretium, quo alias præfata Officia vendebantur, spei cujusdam ad altiores Ecclesie gradus ascendendi merces, esset, hique propterea pecunie potius, quam Virtutis intuitu tribui viderentur; cum tamen revera pretium hujusmodi non nisi pinguium proventuum, qui ex Officiis prædictis percipiabantur, compensatio foret, neque id unquam impedimento fuerit, quemadmodum experienti compertum est, quin ii; qui eorum eximii ita exigentibus meritis à memoratis Officiis ad sublimiores

evecti sunt dignitates, undequaque laudatissimi, ac veri Catholice Ecclesie cardines existerint; Nihilominus ut omnis iniquitas oppilaret os suum, ac ne viri aliqui digni, solvendo tamen pretio dictorum Officiorum impares, ab his assequendis impostum arcerentur, per aliam finilem nostram desuper editam Constitutionem eorumdem Officiorum venalitatem perpetuò suppressimus, extinximus, & abolevimus. Verùm, cum non omnia uno, eodemque tempore excogitari, nedum perfici poterint, & plura adhuc remaneant ultra prædicta in eadem Romana Curia diversorum generum Officia Venalia, quæ sive vigore quorundam Decretorum à diversis Romanis Pontificibus Prædecessoribus nostris in Consistorio editarum, ac etiam nonnullarum literarum Apostolicarum desuper editarum, sive alia forsitan ratione, per assumptionem illa obtinentur ad Cardinalatus honorem vacare consueverunt, indeque nonnullis aliqua etiamnum de amplissima Ecclesiastica dignitate lucrum captandi occasio superesse videatur; dignam profecto pastoralis munere nostro, quo non ea quæ Mundi sunt, sed Animarum lucra inquirere admonemus, rem facturi nobis videmur, si in his quoque Pontificis nostræ sollicitudinis partes interponamus. Quamvis enim certissimum sit, atque omnibus exploratum longè iniquiores hac in re querelas illorum esse, quorum os maledictione, & amaritudine plenum est, & quibus prudens rerum æstimator facile agnoscat non nisi emolumentorum ex Officiis secundo dictis proventuum causa illorum pretium solvi, nulla prorsus excellentioris acquirendi gradus habita ratione, cum præsertim pleraque ex ejusmodi Officiis laicis conjugatis, Infantibus, imò etiam Mulieribus obtineri dignoscantur, tantumque abist quod Romani Pontifices pro tempore existentes in Sanctæ Romanæ Ecclesie Cardinalium Promotionibus, quidquam de his Officiis cogitare, consueverint, ut potius non tarò acciderit illos, aut promoti per eos officia hujusmodi obtinerent, prorsus ignorasse; Nos tamen temporale quodcumque commodum, quod ex eorumdem Cardinalium creationibus quomodolibet etiam indirectè, ac præter intentionem, Nobis, aut successoribus nostris Romanis Pontificibus provenire possit, penitus remove, atque ita omnem vel minimam suspicandi occasionem eliminare volentes, ne Nos, aut iidem successores Nostri in tam sublimis numeris amplitudine conferenda alio, quam egregiè Virtutis, & insignium meritum intuitu ducamur, necnon ulterius considerantes admodum æquum esse, ut ad tanti honoris fastidium evecti, quos pro statu suo iuxta gradus celsitudinem deceter sustinendo majorum expensarum onera subire oportet, præfatorum Officiorum vacatione patrimoni sui detrimentum minime patiantur: Motu proprio, non ad cujusquam Nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa

scien-

scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolice potestatis plenitudine, nulla de cetero Officia & loca Montium Vacabilia Romanæ Curie tam hæcenus erecta, quam impositurum forsâ erigenda, cujuscunque speciei, naturæ, qualitatis, & quantitatis existentia, & quocumque nomine nuncupata, etiam si Prælati, aut aliis specialibus, & individua mentione, & expressione digna sint, per promotionem de personis illa obtinentium ad Cardinalatus honorem à Nobis, seu Romanis Pontificibus Successoribus nostris quandocumque faciendam vacare, sed ea, sicut præmittitur, obtinentes, si Officia quidem, & loca hujusmodi talia sint, quæ per Cardinales obtineri nequeant, illa ut prius dimittere, & resignare: si verò talia sint, quæ per Cardinales obtineri possint, illa unâ cum eadem Cardinalatus dignitate etiam ut prius retinere, ac omnibus, & singulis prærogativis, præminentibus, facultatibus, honoribus, emolumentis, cæterisque juribus solitis, & consuetis eis ratione eorumdem Officiorum, & locorum quomodolibet competentibus, & competitivis, uti, frui, & gaudere, absque ulla nova declaratione, indulto, seu dispensatione nostra, aut eorumdem Romanorum Pontificum Successorum nostrorum desuper faciendi, neque ipsos, aut ab eis quoscumque emolumentis perceptis, & in futurum percipiendis à Camera nostra Apostolica, seu quovis alio molestari quovis quæsto colore, posse aut debere, tenore præsentium perpetuò statutimus, & ordinamus. Decernentes eisdem præsentibus literis, & in eis contenta quocumque, etiam ex eo quod quicumque in præmissis suis, & vel interesse principaliter, vel secundario, & alias quovis modo habentes, seu habere quomodolibet prætendentes ad illa vocati, citati, & auditi, seu causæ propter quas ipsæ præsentibus emanarunt, adductæ, verificatæ, & iustificatæ non fuerint, aut ex illa quacumque quantavis iusta, iuridica, & rationabili, ac etiam tali, quæ ad effectum validitatis præmissorum necessario exprimenda foret, causa, occasione, colore, ingenio, prætextu, & capite, etiam in corpore juris clauso illo unquam tempore de subreptione, vel obreptione habentium consensus, aliove intentione nostræ, & interesse habentium consensus, aliove quolibet, etiam maximo, essentiali, & substantiali, ac incognito, & inexcogitabili defectu, notari, impugnari, invalidari, annullari, retractari, rescindi, in controversiam vocari, aut ad terminos juris reduci, seu adversus illa asperitionis oris, restitutionis in integrum aliunde quocumque juris, facti, vel gratiæ remedium intentari, vel impetrari, aut impetrato seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus concessio quempiam in iudicio, vel extra illud uti, seu se juvare posse, sed ipsas præsentibus literas, & in eis contenta hujusmodi semper, & perpetuò firma, valida, & efficacia existere, & fore, si que plenaria, & integros effectus sortiri, & obtinere ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab eis respectivè inviolabiliter, & inconcussè observari, si que, & non aliter in præmissis omnibus, & singulis censi, ac que ita per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolice Auditorum, ac S. R. E. Camerarium, & alios Cardinales, etiam de latere Legatos dictæ Cameræ Præsidentibus Clericos, & alios Officiales, & Ministros, cæterisque quolibet quavis auctoritate, & potestate fungentes & quodcumque sanctuariorum, sublata eis, ac irritum, & inane quicquid fecus super his à quocumque quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus præmissis, ac quantumvis opus sit nostris, & Cancellariis Apostolicæ Regulis etiam illa de jure quæsto non tollendo, nec non Fel. rec. Symmachii, Pauli Secundi, Pauli Quarti nec non aliorum quorumcumque Romanorum Pontificum Prædecessorum nostrorum de rebus Ecclesiæ, & Cameræ præsentibus non alienandis, & male alienatis recuperandis, & illis non obligandis, necnon rec. me. Pii Papæ IV. Prædecessoris pariter nostris de gratis qualescumque interesse Cameræ præsentibus concernentibus in eadem Camera, ejusque libris intrâ certum tunc expressum tempus præsentandis, insinuandis & registrandis ita ut præsentibus literis ibidem præsentari, vel insinuari, aut registrari nunquam necesse sit aliique Constitutionibus, & Ordinationibus Apostoli-

cis ac dictæ Cameræ aliter quibuslibet Statutis, regulis, usibus, stylis & consuetudinibus etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis, privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis eisdem Cameræ, ac quibusvis aliis tum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriorum aliique efficacioribus, efficacissimisque, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac Consistorialiter, & aliis quomodolibet in contrarium præmissorum concessis confirmatis, et approbatis ac pluries, et quantumcumque vicibus innovatis. Quibus omnibus, et singulis, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis specificæ, expressæ, & individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas idem importantes, mentio seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc ferenda foret illorum omnium, & singulorum tenores, formas, causas, & occasiones præsentibus pro plenè, & sufficienter, ac exactissime, & accuratissime expressis, insertis, & servatis, & specificatis respectivè habentes, illis aliis in suo robore permanentibus, ad præmissorum effectum specialiter, & expressè, ac plenissime, & amplissime derogamus, & derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem ut eorumdem presentium literarum transcriptis, seu exemplis, etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio & extra illud habeatur quæ haberetur ipsis presentibus, si forent exhibita, vel offensa.

Datum Romæ apud S. Petrum sub Anno Piscatoris die prima Februarii MDCXCIII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

I. F. Card. Albanus.

Anno à Nativitate Domini N. J. C. millesimo sexcentesimo nonagesimo tertio, Indictione prima, die verò tertia mensis Februarii, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, & Domini Nostri Domini Innocentii Divini Providentia Papæ Duodecimi Anno Secundo, supradicta Constitutio affixæ, & publicatæ fuit, ad Valvas Ecclesiæ S. Joannis Lateranensis, Basilicæ Principis Apostolorum, & Cancellariæ Apostolicæ, in Acie Campi Floræ, ac in aliis locis solitis, & consuetis Urbis per me Agapitum de Magistris ejusdem Sanctissimi D. N. Papæ Curio rem.

Joannes Græcus Curs. Magister.

APPENDIX

AD CONSTITUTIONES

Super Locis Montium.

Innocentii Papæ Undecimi Confirmatio Provisionum, Ordinationum, & Taxarum, pro resecta Montium Romanæ Curie, ac negotiorum, & scripturarumque ab eis dependentium directione, & gubernio editarum.

INNOCENTIUS PAPA XI.

Motu proprio &c. Cum recol. me. Clemens Octavus Prædecessor noster ad tollendas fraudes, quæ in Resignationibus locorum Montium Romanæ Curie ad Cameram Apostolicam, ac etiam Religiones, Communitates, Domicellos, & alios spectant, à Secretariis dictorum Montium in præjudicium ejusdem Cameræ aliorumque prædictorum committerentur sua Motu proprio Cedula die 15. Maii 1600. publicatâ certam formam desuper præscripserit, ac plures Ordinationes, Decreta, & mandata etiam penultima, in contrarietas promulgari iussit, prout in ipsa motu proprio Cedula latius continetur, ac quæ &c. Cumque anno 1608. similis memoriæ Paulus V. pro tollendis præjudiciis, abusibus, difficultatibus, & impedimentis, quæ circa præfatos Montes irreperant, Congregationem super eisdem Montibus cum diversis fa-

cul-

cultatibus, Privilegiis, & Auctoritatibus deputa verit, ac subinde varias Provisiones, Ordinationes, & Taxas, quas eadem Congregatio pro resecta eorumdem Montium, ac Negotiorum, Scripturarumque ab eis dependentium administratione, & gubernio Anno 1615. edidit, alia motu proprio Cedula confirmavit, ac expressè servari iussit modo, & forma in eisdem Cedula contentis ad quas relationem haberi volumus. Cumque anno 1671. Omnes dictorum Montium Secretarios in unam à Fel. record. Clemente X. etiam sub aliis certis Regulis, & Ordinationibus redactas idem Pontifex Dido Urayay Clerico Polilicentis sua vita naturali durante concesserit in alia motu proprio Cedula, & Chirographo ab eodem Pontifice Clemente diebus 7. & 17. Septembris anni 1671. Subsignatis, ad quæ pariter relationem haberi volumus. Nuper verò die 12. Junii 1688. proximi præteriti idem Dido Urayay Officium dictarum Secretariarum in manibus nostris spontè renunciaverint. Nosque Populi Nobis commissi utilitati, ac publicæ commoditati omni studio invigilantes, & considerantes unius personæ indutrium tanto oneri ferè imparem esse, quodque si in tali ministerio plures affuissent major exinde utilitas publico commercio, & longè major in expediendis negociis facilitas resultaret, quodque ita quoque indemnitati nostræ Cameræ aptius consulere, dum eveniente obitu unius Secretarii possent alii eque idonei, & informati usque ad novam Successoris deputationem, illius vires supplere abique ullo publici Servitii detrimento. Propterea dictam renunciationem admittentes Officium dictarum Secretariarum in quatuor aequalibus portionibus distinctè, & separatim, per quatuor personas diversas exercendas, & administrandas diversimodis, & separaverimus modo, & forma, ac diversis, & rationibus in motu proprio Cedula manu nostra desuper subsignata plenius contentis, & expressis. Successivè autem ad dirimendos abusus, multosque casus noviter exortos declarandos injunxerimus Josepho Renato Imperiali Thesaurario nostro, ut providè occurreret, quod Montes præfati, ac Scripturæ, & negocia ab eis dependentia omni debita fidelitate administrarentur, ac respectivè custodiarentur, pænaseque suo arbitrio in contrarietas irrogaret idem ulterius committendo, ut ad removenda gravamina, quæ circa solutionem emolumentorum, ac mercedum tam Secretariis, quàm aliis Officialibus eorumdem Montium debitorum congruas Provisiones, Taxas, & Ordinationes desuper statueret. Cumque idem Thesaurarius noster auditis pluribus Personis de præmissis informatis, matureque perpenis reformatione d. Pauli Quinti, atque etiam Chirographi Gregorii XV. Urbani VIII. & Clementis X. super eisdem Montibus diebus 3. Decembris 1622. 13. Januarii 1624. ac 12. Septembris 1671. respectivè signatis, necnon etiam Decretis à Congregatione super eisdem montibus deputata occasione plurium casuum particularium emanatis, hantimentis quoque, aliique Ordinationibus desuper factis, & editis infra scriptas Provisiones, Ordinationes & Taxas à Secretariis, & Prosecretariis, Depositariis, Computistis, aliique Officialibus, & ministris, necnon etiam eorumdem montium Proxenetis pariter servandas sub certis penis provide statuerit, atque decreverit, prædictaque omnia subinde fuerint ab eadem Congregatione montium sedulo approbata, & confirmata; Nos itaque volentes, ut Ordinationes, Taxas, & Provisiones prædictæ manu dicti Josephi Renati Thesaurarii Nostri huius die 30. Aprilis 1689. firmatæ, ac omnia, & singula in eis contenta, expressè, & demanda quecumque tamquam de mandato, & voluntate Nostri gestas, suum plenarium sortiri debeant effectum, ac ut eæ, cæteraque in eis, ut supra contenta, validiora, & firmiora subsistant, omnibusque innovent, & à cunctis Secretariis, & Prosecretariis, & aliis antedictis nunc, & pro tempore existentibus perpetuò, & inviolabiliter, Motu proprio, & ex certa scientia, deliberataque voluntate Nostri, ac de Apostolice potestatis plenitudine de contentis, in prædictis Provisionibus, Ordinationibus, & Taxis ad plenè informati, illarumque tenorem de verbo ad ver-

bum præsentibus pro expressis, insertis, & registratis habentes, Provisiones, Ordinationes, & Taxas ipsas, omniaque, & singula in eis contenta, expressè, & demanda quecumque tenore præsentium confirmamus, & approbamus, ac illis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus omnibus, & singulis tam Juris, quàm facti, & solemnitarum, quantumvis necessariorum substantiarum, & formalium ex dispositione quarumcumque Constitutionum Apostolicarum forsân requisitarum defectibus, si qui in præmissis intervenerint, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus omnino supplemus, eademque Provisiones, Ordinationes, Declarationes, & Taxas respectivè publicari, & à quibuscumque dictorum montium tam vacabilium, quàm non vacabilium, sive ad Cameram nostram, sive ad Principes, Barones, Communitates, Univeritates, Religiones, aut alias qualvis personas quomodolibet spectantium, & pertinentium Depositariis, Secretariis, ad quos spectat, & in futurum spectare poterit sub penis in eisdem Ordinationibus, & Taxis irrogatis, ac arbitrio dicti, & pro tempore nostri, & Cameræ Apostolicæ Thesaurarii irrogandis inconcussè, ac inviolabiliter observari, ac in singulis dictorum Depositariarum Bancis, Secretariarumque, et Computistarum, cæterorumque prædictorum Dominis impressas in loco publico, quo ab omnibus inspicui, legi, & intelligi possint affixas retineri mandamus, et ita, et non aliter per eosdem Montium Protectores, et alios quovis Judices ordinarios, extraordinarios, Commissarios, et Delegatos, Subdelegatos, ac Curie Causarum Cameræ prædictæ, Sacrieque Palatii Apostolice Auditores, nec non Cameram ipsam, illiusque Camerarium, Decanum, Clericos, Præsidentes, et S. R. E. Cardinales, etiam de Latere Legatos, et quas auctoritates fungentes in quacumque instantia sublata eis quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate judicari, & desiniere debere mandamus, irritumque, & inane quidquid super his à quocumque scienter, vel ignoranter contigerit attentari, licet ad id non vocatis, neque auditis quibusvis personis desuper interesse habeatibus, sive habere prætendentibus, ac non obstantibus omnibus, & singulis, quæ in eisdem Ordinationibus, & Provisionibus dictum sunt non obstante, necnon quibusvis prædictorum Montium erectionibus, & institutionibus ac illorum Collegiorum statutis etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis alia firmitate roboratis minimeque regula Cancellariæ nostræ de jure quæsto non tollendo, neque stylis, consuetudinibus, privilegiis, indultis, facultatibus, literisque Apostolicis, eisdem Protectores etiam Cardinales, ac dictis Montibus, eorumque, & cultibus ipsorum Collegii, & Montibus, Depositariis, cæterisque aliis superius nominatis quibuscumque etiam proprio & forsân Consistorialiter sub quibuscumque tenoribus, & formis etiam in vim contradius, ac cum quibusvis clausulis, & decretis in genere, vel in specie per quovis Prædecessores nostros, seu etiam per Nos concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis, cæterisque contrariis quibuscumque, quibus omnibus, & singulis etiam si de illis expressè mentio faciendæ foret eorum tenores hic pro expressis, & de verbo ad verbum registratis habentes illis aliis in suo robore permanentibus hac vice dumtaxat specialiter, & expressè derogamus. Decernentes insuper hujus nostri motus proprio cedule solam Signaturam nostram sufficere abque alia data illique & transumptis, seu exemplis ejus, etiam impressis manu alicujus Cameræ Apostolicæ Secretarii, & Cancellarii subscriptis, ac Sigillo dicti Camerarii, seu Thesaurarii, & vel alterius Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis plenam fidem in iudicio & extra, ac ubique locorum adhiberi, regula quacumque, aliique contrariis non obstantibus quibuscumque.

Placet motu proprio B.

Die Lunæ 6. Mensis Junii 1698. supra scripta Cedula Motu proprio per Sanctissimum signata in plena Camera Apostolica exhibita, & presentata fuit, illaque commissi Illustris, & Rev. D. Laurentio Corsino ejusdem Camera Clerico; Deinde die 8. ejusdem mensis

